






Pedigrees ... showing their kinship with English kings & other royal families.

GENEALOGIA REGVM LVSITANIÆ.

SERENISSIMO PRINCIPI
Theodoſio
PRINCIPI LVSITANIÆ, &c.
Sereniſsimi, ac Potentiſsimi Regis
Ioannis IV, Primogenito.
D.

PER
Antonium de Souſa de Macedo,
Senatorem in Luſitaniæ ſupremo juſtitiæ
Senatu, &c.

LONDINI,
Ex Officina *Richardi Hearn,* 1643.



Serenissimo Principi THEODOSIO, Principi Lusitaniæ, &c.

DOcet natura, suadet ratio, ostendit experientia, (Princeps Serenissime) quá vi consanguinitas, quamvis remota, ad reciprocum amorem omnes alliciat; nec communis utilitas hinc resultans minoribus argumentis probatur. Desiderium istius consequendæ, in servitium Lusitanæ Coronæ, me movit ut scriberem hanc Ge-

nealogiam; at ut eam Celsitudini Vestræ dicem duplex est causa: illustrare nomine talis filii ascendentes; (nam, per descendentes claros, etiam progenitores honorantur,) & Vestræ Celsitudini proponere avorum memoriam, quâ virtutes cum ætate crescentes nobis reddant Christianum Achillem eò excellentiorem quò Vestra indoles est præstantior, ac hi Heroes superiores sunt illis quorum exemplo decantatus Græcus à sapienti magistro instituebatur. Sic fœlicia promittunt auspicia; sic instanter à Deo precamur; sic speramus fidenter, pro bono Catholicæ Religionis, pro gloriâ renascentis Lusitaniæ.


Antonius de Sousa de Macedo.

LECTORI.

IN lineis ſæpe fit ut ex filio, vel filiâ unius plures exeant lineæ quæ tandem in unum redeunt; cujus rei in 3 parte propoſui exempla in Ducibus *Florentiæ*, pag. 116; Regibus *Galliæ*, pag. 118, & aliis qui procedunt à regibus Luſitaniæ per eandem perſonam diverſo modo continuando; ac ſimilia poſſent apponi in 2 parte; unicam tamen voco lineam (quo ad propoſitum) quæ oritur ab eodem filio, quamvis pluribus viis deducatur.

Quàm intricata ſit hæc materia ſatis pătet; ideò ſpero quod defectus, quin etiam errores (ſi erunt) excuſet confuſio, in quâ aliquando deficit pene judicium ad computandum. Vale; Et,

Carpere vel noli noſtra, vel ede tua.



DIVISIO
Contentorum in hac Geneologia.

Appendix.

GENEA-



Antonii de Sousa, GENEALOGIA REGVM LVSITANIÆ.

Pars prima.

Continens stirpem masculinam Regum LVSITANIÆ.

HOdierni Reges Lusitaniæ, seu Portugalliæ ab antiquis Ducibus, & Regibus Saxoniæ lineam masculinam ducunt, ut paulò post apparebit. Saxones autem Principes nominat Petrus Albinus Nivemont. in aulæo Reg. & Duc. Sax. ab anno mundi 2720, qui juxta computa-

tionem

tionem quæ non multum dicit) fuit antè nativitatem Christi Salvatoris ann. 1229; sicque hujus domus antiquitas ab annis 2872 (ad minus) agnoscitur; si verò computationes alias, & quidem doctissimas, sequamur, quas ipse Petrus Albinus amplecti videtur, jam annorum circiter quatuor millium antiquitatem fatebimur. Sed quia de rectâ descendentiâ vetustissimorum Principum nobis non constat, eam deducemus ab illo à quo continuatam scimus usque in diem hodiernam.

Ab anno Christi 260.

BODUS rex Saxoniæ prudens & bellicosus circa annum Christi Domini 260. insignibus usus est hujusmodi: in inferiore parte gerebat rubeos in campo albo orbes, quos triplex Cythisus super integebat: in superiore leonem rutilum aurato umbone, & colubrum volitantem coloris crocei. Primogenitus hujus fuit.

WECHTA, sive WICHTA rex Saxoniæ circa annum Christi 300; pacificus plures urbes condidit, & legibus firmavit. Hujus primogenitus.

WITTA

WITTA, qui & WITICHIUS, rex Saxoniæ, circa ann. Christi 350. sapiens, & bellicosus; contra Imperatorem Theodosium variâ cum fortunâ pugnavit. Primogenitus.

WITTIGISLUS Dux Angariæ, rex Saxoniæ, circa ann. Christi 400. Gothis, & *R*hadagaiso Scythæ contra *R*omanos auxilia tulit, sed inauspicata. Sub illo Saxones in Gallias irrumpentes à Clodio Pharamundi filio cum sociis Turingis sunt subacti. Primogenitus.

HENGISTUS Dux Saxoniæ, animo, corpore, & armis magnus; à Vortigerio Britanno Scotorum, & *P*ictorum armis presso è Germaniâ evocatus ann. Christi, 449, re fœliciter gestâ, maioribus è patriâ viribus auctus insulæ imperium occupavit rege relegato; novissimè ab Aur. Ambrosio Britan. rege victus, lanceâq; confossus mortuus est ann. 474. *P*rimogenit.

HATUGASTUS, sive HATUIGATTUS Dux Saxoniæ, in bello Turingico decessit multò senio ann. Christi, 524. *P*rimogen.

CHILDERICUS, sive HULDERICUS Dux Saxoniæ, interfectus ab Arturo Britann. rege circa ann. 540. *P*rimogen.

BODICUS Dux Saxoniæ, mulras gentes

in Italiam misit, ann. 548. quæ post annos 24 remearunt in patriam. *Primogen.*

BERTHOLDUS rex Saxoniæ bello Francico contra Dagobertum, quo regis filium sauciarat, fortiter pugnans occubuit ann. 633. *Primogen.*

SIGISMUNDUS Dux Angrivariorum rex Saxoniæ, Henetos *Turingiam* infestantes debellavit; adversus Francos suorum libertatem fortissimè defendit. Obiit ann. 691. ætatis suæ 80. regiminis 58. uxorem habuit Julandam filiam Gosuini regis Obotritorum. *Primogen.*

THEODORICUS, sive DIETERICUS Dux Angriv. rex Sax. contra Francos & eorum Ducem Carolum Martellum pugnavit infœlici fortunâ, cujus mœrore obiit ann. 740. uxor ejus fuit Dobra, sive Dobrogera filia Billundi regis Obotritorum. Primogen.

WERNERINUS Dynasta Angariæ, princeps Rugiæ, & Iburgi pacificus ad regium nomen non adspiravit: decessit ann. 768. uxor ejus Cunhylda, seu Gundelindis princeps *Rugiæ* *Primogen.*

WITIKINDUS ob magna facta Magnus vocatus, rex Saxoniæ, &c. cum Carolo Magno

 per

per 30 ann. bellum habuit, à quo tandem victus investitus est in magnum Ducem Saxoniæ; fuit Ethnicus, sed postremò fide, & armis Christo inservivit à Bonifacio presule Maguntino sacro baptismate ablutus, ann. 785. ab eodem Carolo, pro equo regni Saxonici nigro Scuti, accepit candidum in campo rubeo absque frœnis & ephippio salientem; in prœlio cum Geroldo Suevorum Duce fortiter pugnans occubuit, an. 807. sepultus Angriæ in Basilicâ à se extructâ; postea Henricus Auceps Imperator ejus corpus transtulit *Padebornam*. Secunda ejus uxor Suatana, seu Suaterna filia Zechii Izitzcschorum in Bohemiâ principis: ex quâ fuit primus filius, patri verò secundus.

WITIKINDUS 2 Comes Vitebergæ, prefectus Soraborum, Dominus Butsetii, obiit an. ---- sepultus in cœnobio Wildeshusensi: uxor Iuliana, sive Niláda filia Theodorici Comitis *R*oclicensis ad Muldam. Hujus 3 filius.

WITIKINDUS 3 in Galliá sub Carolo Calvo Imperatore in Normandos movit fœliciter, à quo in prœmium Andibus est prefectus; obiit ann. ---- Hujus primogen.

*R*UPERTUS 1, Andium Comes, strenuus,

& alter Iudas Macchabeus, ob res præclarè gestas, cognominatus. Contra Hastingum Normannorum regem Galliam infestantem tempore regis Caroli Calvi fortiter pugnans occubuit cum *R*anulpho Aquitaniæ Duce, ann. 866, Secundùm Æliam *R*eusnerum in Genealogico Catholico; vel potius ann. 875. secundùm Claudium *P*aradinum in genealogiis principum Franciæ. Hujus 2°, vel 3° genitus.

*R*UPERTUS 2, Comes Andium, & *P*arisiorum comestabilis Galliæ; fecit baptisari *R*holonem 1 Ducem Normandiæ imponens ei proprium nomen; adspiravit ad coronam Galliæ oppositus regi Carolo Simplici, à quo victus, hastâ confossus obiit in prœlio prope Suessones ann. 922; jacet ad S. Columb. de Sens. Vxor N. Soror Heriberti comitis Veromandui. *P*rimogenitus.

HUGO Magnus comes *P*arisiorum comestabilis Galliæ donavit comitatum Andium, sive Anjou, Godofredo equiti Saxonio ut ejus partes gereret in bellis civilibus: decesit ann. 958. Vxor Avina, sive Adelheides Saxonia filia Imperatoris Henrici 1; soror Imper. Othonis 1. primogen.

HUGO

HUGO cognominatus, Capetus, sive Sclaparius comes *P*arisiensis Dux Francorum, & Burgundiæ titulo tenus, Othonem 2. Imperatorem *P*arisiorum urbem obsidentem profligavit; per vim privavit regno Galliæ lineam masculinam *P*epini (ex quo tamen per matrem ille descendebat, secundùm aliquos) illudque ad posteros transmisit non obstante contradictione Caroli Lotharingiæ Ducis. Obiit ann. 997. regni 9. jacet ad S. Dionysium. Vxor prima Adelheides filia Eudi, aliàs Odonis comitis Campaniæ. primogen.

ROBERTUS *P*ius rex Galliæ, &, ex testamento Henrici patrui, Dux Burgundiæ, literarum Męcœnas doctissimus, plurima templa Deo erexit: obiit Meloduni anno 1030. regni 34. jacet ad S. Dionysium. Vxor prima Constantia filia Guillielmi comitis Arelatensis sive *P*rovinciæ, & Blancæ filię Fuqui 1, comitis Andium, hoc est Anjou. Horum, (post Henricum 1. regem Galliæ,) fuit secundò genitus.

*R*OBERTUS 2, Dux Burgundiæ per donationem patris factam ann. 1004. armis affectavit coronam Gallię favore matris, contra Henricum 1, maiorem fratrem. Obiit grandę-

va

vâ ętate. (unde ſenior cognominatus) ann. 1075. Semurii funeratus in B. Virginis Baſilicâ quam ipſe extruxerat. Vxor Hemengardis filia. --primogen.

HENRICUS princeps pius, juſtus, ac modeſtus, præmaturâ morte patris in vitâ deceſsit. Ex uxore N.-- fuerunt ejus filii Hugo 19 Dux Burgundiæ; item Otho, ſive Eudus, per monachatum fratris, Dux etiam Burgundiæ (qui, in itinere ad bellum terræ ſanctæ mortuus, jacet in Cœnobio Ciſtercienſi quod ſundaverat;) item & tertiò genitus.

HENRICUS, cum uxore Tareſiâ filiâ Alfonſi 6 Hiſpaniarum Imperatoris & Ximenę Munóz, ſeu Nunes de Guſman legitimæ ejus uxoris; habuit in dotem anno Domini 1090 exiguam Portugalliæ partem à Sarracennis liberam: poſt obtentas 17 inſignes victorias contra Sarracennos in Portugalliâ, & poſt reditum à Paleſtinâ pro bello ſancto moritur in Aſtorgâ Galleciæ, quæ illi ſubjecta erat, ann. 1112 dominii ſui 21, ſepultus tamen in Portugalliâ in ſede Bracharenſi; portavit ſcutum argenteum cum cruce; ejus fuit primogenitus.

ALPHONSUS HENRICUS, orationibus

bus sancti viri Ioannis Ceritæ natus, sed claudus, postea miraculo Deiparæ Virginis Sanatus, profligavit in prœlio Valdevesii Alphonsum 7. regem Castellæ. Vicit 30 reges Sarracenos in variis prœliis; inter quæ fuit prœlium in campo Orichii; ante quod Christus Dominus crucifixus verbaliter victoriam ei promisit, jussitque regem vocari ann. 1139. (cum antea Princeps, vel Dux Portugalliæ appellaretur;) quem regium titulum, mediante Sancto Bernardo, confirmavit Sum. Pontifex Innocentius 2; ac postea Alexander 3 deditque ei tunc Christus Dominus quinque sua vulnera cum 30 argenteis pro scuti insigniis (cui ille serpentem Moysis, Christi figuram, super addidit) promisit regni fœlicitatem, usque ad 16 generationem, in quâ attenuanda erat proles, sed quod in eâ attenuatâ ipse respiceret, & videret (ut vidimus;) cœpit à Sarracennis Olysipponem, ac maiorem partem Portugalliæ; ædificavit Deo 150 templa, quorum multa sumptuosissima, & nullam domum sibi. Habuit uxorem Maphaldam, natam, per miraculum Sancti Sulpitii ex Magno Amadeo 2; Comite Mauriennæ, & Sabaudiæ, & Guidoniâ filiâ Comitis Albonensis. Mortuus opi-

nione Sanctitatis Conimbricæ, ann. 1185; ętatis 91; Dominii 73; Regni 46; jacet ibi in Cœnobio Sanctæ Crucis Canonicorũ regularium Sancti Augustini, quod ædificavit. -- Ejus Primogenitus.

SANCCIUS 1, Rex Portugalliæ, seu Lusitaniæ, (quod idem est;) 2. adhuc in vitâ patris torrentem Bethis Sarracenorum sanguine rubram fecit. Scalabis castrum vulgò, Santarem, ab ingenti eorundem exercitu strenuè defendit; jam Rex nonnulla opida Regis Legionis subjecit; plura erexit in Portugalliâ, unde populator cognominatus est. Duxit Aldonçam filiam Raimundi Berengarii Comitis Barcionæ, & Petroniliæ Reginæ Aragoniæ. Decessit opinione Sanctitatis Conimbricæ ann. 1212; ætatis 58. Regni 26. jacet ibi in dicto Cœnobio Sanctæ Crucis. -- Primogenitus.

ALPHONSUS 2. cognominatus Crassus, Rex Portugalliæ 3. Castella cœpit aliqua à Sarracennis; ejus tempus fuit insigne, quia in eo Olysippone natus est inclytus Lusitanus Sanctus Antonius (quem vocant Paduæ quia ibi ad ętern㠖 vitã transivit) Habuit Rex uxorem Vrracam filiam Alfonsi 8. Regis Castellæ & Eleo-

noræ

noræ filiæ Henrici 2. Regis Angliæ; obiit Conimbricæ ann. 1224. ætatis 38. Regni 12. jacet in Cœnobio de Alcobaça, Ordinis Cisterciensis ab avo ædificato, -- Ejus filius secundò genitus.

ALPHONSUS 3. cognomine, ferox, Portugal. Rex 5. (fuerat enim Sancius cognominatus Capello ejus frater maior, Rex 4.) priùs, per uxorem Matildem, Comes Bononiæ, post obitum Sancii fratris sine sobole, succesſit in regno, cujus (ob remissum animum ipsius fratris) erat Gubernator; cœpit regnum Algarbiorum à Sarracenis, quare addidit regio scuto Castella aliquot quæ postea ad septem redacta sunt. Duxit secundò Beatricem filiam Alphonsi 10. regis Castellæ, Decessit Olysippone ann. 1279; ętatis 70, regni 32. Sepultus ibi in monasterio Prædicatorum ordinis Sancti Dominici quod ædificavit; postea ab uxore translatus in dictum cœnobium de Alcobaça. -- Primogenitus.

DIONYSIUS Portug. Rex 6. filius Alfonsi ex secundâ uxore; scientiâ, justitiâ, veritate, liberalitate insignis: manu armatâ Castellam intravit per 40 leucas quousque pacem fecit ad libitum. Plurimas arces, & castella in Portu-

galliâ erexit: instituit militarem ordinem Christi confirmatum à summo Pontifice Ioanne 22 duxit Sanctam Elisabetham filiam Petri 3 regis Aragoniæ, & Constantiæ filiæ Manfredi regis Siciliæ. Decessit in villâ Santarenensi, ann. 1325. ętatis 64. regni 46. Sepultus in cœnobio Sancti Dionysii de Odivellas monialium Cisterciensium quod ædificaverat prope Olysipponem. -- Primog.

ALPHONSUS 4, cognomento, Fortis, Port. Rex 7. habuit bellum semper victor cum Alphonso 11 rege Castellæ; cui tamen personaliter succurrit contra Sarracenos in prœlio Salati; ubi fuit præcipuũ instrumentũ victoriæ, in quâ ducenta millia Sarracenorum occubuerunt; & tantùm 25 ex Christianis; nihil ex ditissimâ prædâ accipiens nisi gloriam; duxit Beatricem filiam Sancii 4 regis Castellæ, & Mariæ filiæ Alphonsi Infantis Castellæ dicti de Molina. Obiit Olysippone ann 1357; ætatis 67, regni 31, jacet ibi in Ecclesiâ Cathedrali. primogen.

PETRUS cognominatus crudelis, (sed meliûs ab aliis, Iustus;) ob celerem executionem suppliciorum, quæ tamen justitia postulabat. Portug. rex 8. populo amantissimus; bellis

vacans

vacans ingentes divitias cumulavit, duxit Constantiam filiam Ioannis Emanuelis, qui ex Infante Emanuele erat nepos Ferdinandi Sancti regis Castellæ; ex quâ genuit Ferdinandum regem; quâ mortuâ secundam uxorem (ut ipse affirmabat) secretò duxit Agnetem de Castro filiam illegitimam Petri Ferdinandes de Castro Domini multarum terrarum in Galliciâ, ac regalium domuum consanguinei; ex quâ filios habuit omnium principum Europæ ascendentes. Obiit in oppido Estremôs, ann. 1368. ætatis 46. regni 10. jacet in dicto cœnobio de Alcobaça. Ejus filius.

IOANNES I, bonæ memoriæ, Portug. rex 10. (nam Ferdinandus ejus frater fuerat rex 9) filius regis Petri ex Taresiâ nobilissimâ fœminâ Gallecâ, post obitum Ferdinandi fratris sine filio à populo rex electus ope Magni Nonii Alvares Pereira (qui Castellanorum Flagellum fuit vocatus) non solùm mirabiliter regnum defendit obtentis insignibus victoriis (inter quas ad Algibarrotam Ioannes I, Rex Castellæ cum totâ suorum potentiâ à Lusitanorum paucis est profligatus) sed bellum contrario inferens eum coegit pacisci cum Duce Lancastrię,

 qui

qui ad regna Castellæ per secundam uxorem Constantiam filiam regis Petri jure adspirabat. Primus Christianorum principum transivit in Africam contra Sarracenos, à quibus cœpit Castrum Ceptæ, quod Hispanæ securitatis est clavis. Duxit Philippam filiam Ioannis de Gand (qui fuit filius Edvardi 3, & pater Henrici 4, regum Angliæ) & Blancæ Ducissæ Lancastriæ. Decessit Olysippone ann. 1433, ætatis 76, regni 48. jacet in monasterio da Batalha prædicatorum S. Dominici quod prope Algibarrotam ædificaverat.

Primogenitus ex Philippâ uxore.

EDVARDUS *Rex* Portug. 11. plenùs fuit zello, sed adversâ fortunâ laborans. Duxit Eleonoram filiam Ferdinandi 1, regis Aragoniæ, & Siciliæ, & Elenoræ filiæ Sancii comitis de Albuquerque (qui fuit filius Alph.

Ex Agnete postea commendatrice Ordinis Sancti Iacobi.

ALPHONSUS Dux 1, *Bragantiæ, & primus Dux in Hispaniâ. Duxit Beatricem filiam unicam Magni Nonii Alvares Pereira Comitis de Ourem comestabilis Portugalliæ, &* Eleo-

Alphonsi 11, regis Castellæ.) Obiit in Castro Thomar. ann. 1438 ætatis 47. regni 5. jacet in dicto monasterio de Batalha: ejus (post Alphonsum 5, qui fuit rex 12,) secundò genitus.

FERDINANDUS Infans Portug. dux Visei, magister ordinũ Christi, ac S. Iacobi comestabilis Portugalliæ; transivit in Africam contra Sarracenos cum rege Alphonso 5 fratre; & iterum solus ab eisdem cœpit civitatem Anafæ. Duxit Beatricem filiam Infantis Ioannis ejus patrui, & Elisabethę filiæ Alphonsi Ducis 1. Brigantiæ: ejus (post alios pręmaturè mortuos) Sextò genitus.

Eleonoræ de Alvim illustrißimæ fœminæ, ejus uxoris, quam Beatricem Ioannes 1 Rex voluit nuptui dare Eduardo filio suo regni hæredi; sed comestabilis hunc Alphonsum maluit ne domus sua cum Regiâ confunderetur, imo conservaretur separata. Obiit ann. 1462. sepultus in Aquas Flavias vulgo Chaves. Ejus post Alphonsum in vitâ patris mortuum) fuit secundò genitus.

FERDINANDUS *Dux 2, Brigantiæ: duxit Ioannam de Castro filiam hæredem Ioannis de Castro Domini do Caaaval; & Eleonoræ de Cunha filiæ*

EMA-

EMANUEL Dux Bejæ primò; deinde rex Portugalliç 14 (post Alphonsum 5, ejus patruum regem 12; & Ioannem 2, Alphonsi filium regem 13, cui, ob defectum descendentium, tanquam patruelis frater successit) gloriosæ memoriç nuncupatus propter Indiam Orientalẽ per incognita maria à suis inventam, ibique prodigiosis victoriis imperiũ fundatum. Sub ejus auspiciis in Africâ civitates Cafini, & Azamór per Lusitanos à Sarracenis fuerunt captæ. Duxit primò Elisabetham filiam hæredem Ferdinandi ac Elisabethæ Regum Catholicorum Castellæ, & Aragoniæ, cujus jure illo-*liæ Martini Vaz de Cunha Primogen.*

FERDINANDUS 2, *Dux Bragantiæ 3; item Dux Vimaranensis, semel in Africam contra Sarracenos transivit ubi præclara fortitudinis monumenta edidit; iterumque cum Rege Alphonso 5, quando Arzilla, ac Tingintana urbs fuerunt per Lusitanos à Sarracenis captæ. Duxit Elisabetham filiam Infantis Ferdinandi (qui fuit filius Regis Eduardi) & Beatricis filiæ Infantis Ioannis (qui filius fuit Regis Ioannis 1,) mortuus est anno* 1483. -- *Primogen.*

IAYMES, *sive* IACO-

illorum regnorum Princeps juratus est. Sed eâ breviter defunctâ, ac Michaele filio: duxit secundò Mariam filiam tertiam eorundem Regum; & hac mortuâ Eleonoram filiam Philippi 1; & Ioannæ, Regũ Castellæ, & Aragoniæ. Gloriosus victoriis, abundans divitiis, ac fœcundus sobole, obiit Olysippone anno 1521. ætatis 52. regni 26. jacet in Cœnobio Bethlem juxta Olysipponem Monachorum ordinis Sancti Hieronymi, quod ædificaverat. Ejus (post Ioannem 3, qui regnavit, & alios quorum non extitit legitima proles) fuit sextò genitus ex secundâ uxore.

EDVARDUS Infans Portug. devotus, abstinens, literis, ac armis deditus. Duxit Elisabetham filiam Iaymis, sive Iacobi Ducis Bragantiæ (fratris patruelis, sui) ac Eleonoræ de Mendoza filiæ Ioannis de Gusman Ducis 3. Medinæ Sidoniæ. Obiit plenus virtutibus ann. 1540. ætatis 25; jacet in dicto Cœnobio Bethlem. Ejus (post Mariam Principem Parmæ, mortuam priusquam per obitum Regis

IACOBUS, *Dux* 4 *Bragantiæ; à Rege Emanuele avunculo in Castellam profecturo hæres regnorum declaratus si ipse sine liberis decederet; ab eodem Rege factus generalis magni exercitus qui in Africâ, cœpit civitatem Azamôr à Sarracenis; in quo propriis expensis duxit tria millia hominum peditum & 450 equitum: duxit* 1. *Eleonoram de Mendoza & Gusman filiam Ioannis de Gusman ducis* 3, *Medinæ Sidoniæ, comitis Nieblæ. primog.*

THEODOSIUS I. *Dux* 5. *Bragantiæ: duxit primò Elisabetham de Lancastre filiam Dionysii de Portugal*

Regis Henrici successio regni ad lineam Eduardi deferretur) fuit secundò genita.

Domina Catharina, Princeps verè regii animi; per obitum Regis Henrici patrui sine liberis successit in jure Regni tanquã ejus neptis unica superstes ex fratre Eduardo quẽ repræsentabat, juxta juris regulas; non obstantibus aliis ejusdem Regis nepotibus quanquam masculis, quia unus, Antonius videlicet, quamvis filius Ludovici, illegitimus erat, alii scilicet Philippus 2, Rex Castellæ, & Emanuel Philisbertus Dux Sabaudiæ filii erant fœminarum, Elisabethæ, scilicet, ac Beatricis; quæ, quemadmodum ab Eduardo fratre ex sexus prærogativâ præferrerentur, ita jus maius in filios non poterant transmittere, quo minus eodem modo in successione patrui præcederentur à filiâ Eduardi Catherinâ, (quæ, secundum leges, patris personam in omnibus repræsentabat) At dictus Philippus Rex fugiens judicium ad quod erat vocatus, armis usurpavit Regnum; nupsit illa Ioanni Duci Bragantiæ, &c. 6; ac ejus fuit Primogenitus. Theodosius ut sequitur.

gal (ipsius patrui) & Beatricis de Castro comitissæ de Lemos. Primogenitus.

Ioannes 1, *Dux Bragantiæ, &c. 6, religiosus, ac pacificus. Duxit Dominam Catherinam filiam Infantis Eduardi, & Elisabethæ filiæ Jaymis ducis Bragantiæ. Ad eum pertinuit Portugalliæ Regnum per uxorem Catherinam, à Philippo 2, rege Castellæ per vim usurpatum; ut in præcedenti columnâ ad titulum dominæ Catherinæ diximus. Ex eâ fuit Primogenitus Theodosius, ut sequitur.*

Theodosius 2, Dux 7, Bragantiæ, Barcellos, &c. comestabilis Portugalliæ. *Princeps* religiosus,

religiosus, ac summæ prudentiæ; adhuc ante pubertatem in vitâ parentum regem Sebastianum ad Africam comitatus, in prœlio ad Lucum Fluvium antè annos animumque gerens, curamque virilem accepto vulnere in capite à Sarracenis fuit captus, sed postea haud barbarâ magnificentiâ gratis dimissus; anno 1619, cum Philippus 3. rex Castellæ venisset in Portugalliam (cujus possessionem invasam a 2° Philippo patre detinebat) ad Vlysipponensem curiam Theodosius etiam veniens liberalitatem ostendit verè regiam; Philippoque monenti ut posceret, se nanque promptum esse ad concedendum, severè respondit, reges avos sic Brigantinam domum ditasse, ut nullum petendi locum reliquissent; se solummodo pro nobilibus Lusitanis intercedere ut meritos honores à regiâ Majestate obtinerent: de jure suo ad coronam à Catherinâ matre transmisso authenticè protestatus est, seque Regibus Castellæ propter vim maiorem involuntariè obedire. Duxit Annam de Velasco, filiam Ioannis de Velasco Ducis de Frias, comestabilis 11 Castellæ ac Legionis. Obiit in Villaviciosâ, die 29. Novembris anno 1630. Sepultus in monasterio Divi Pauli

 Eremitæ

Eremitæ in monte vocato Serradoſſa quod magnificè ædificaverat. primogenitus.

IOANNES 2, primò dux 8, Bragantiæ, Barcellos, &c. comeſtabilis Portugalliæ; princeps prędiʈus dotibus verè regiis, à nobilibus, moxque à popularibus Luſitanis, per tyrannidem, malumque regimen ſub Philippo 4, Caſtellę rege ſtimulatis, ad coronam ſibi pertinentem mirabiliter reſtitutus primâ die Decembris ann. 1640; eſt hujus nominis Rex 4, ac inter legitimos Portugallię Rex 18, in quo Chriſti Domini promiſsio ad primum Regem Alphonſum (de qua ſuprâ paginâ 9.) fuit ad impleta, ut aptiori loco, *in noſtrâ Luſitaniâ liberatâ* evidenter demonſtramus. Plenus victoriis contra Caſtellanos hodie vivit; habet uxorem ſereniſsimam Ludovicam, filiam Ioannis Emanuelis Peres de Guſman Ducis 8, Medinæ Sidoniæ, ac Ioannę de Sandoval quæ fuit filia Franciſci Ducis Lermæ, &c ex quâ, inter alios, eſt primog.

THEODOSIUS princeps Luſitaniæ, ſeu Portugalliæ amantiſsimus, qui poſt Neſtorios patris annos, Deo auſpice fœliciter imperabit diu, ac longiſsimâ prolis ſerie ditabit regiam hanc genealogiam.

Finis primæ partis.



GENEALOGIA REGUM LUSITANIÆ.

Pars ſecunda.

Continens aſcendentiam Regum Luſitaniæ per lineas fœmininas.

Domus verò principaliores in Europá vnde illi procedunt per ordinem Alphabeticum indicantur.

A.

Deſcendunt ex Comitibus *Andium*, vulgo *Anjou*.

I.

Ab ann. Chriſti, 870.

R*Obertus* Strenuus comes Andium, ſive Anjou. Deinde continua ut ſupra in 1, parte ex pag 5. in fin.

II.

Ab ann. Christi, 938.

Fuques hujus nominis primus comes Andium.

Blanca (ejus filia, alii dicunt sororem) uxor Guillielmi comitis Arles.

Constantia uxor Roberti pii regis Galliæ.

Ex quo continua ut in 1, p. ex pag. 7.

III.

Ab ann. Christi, 1083.

Fuques 3, comes Andium.

Sibilla uxor Theodorici comitis Flandriæ.

Margarita comitissa Flandriæ, uxor Balduini comitis Henau.

Elisabetha uxor Philippi Augusti regis Gallię.

Ludovicus 8, rex Galliæ.

S. *Ludovicus* 9, rex Gall.

Philippus 3, rex Gall.

Philippus pulcher rex Gall.

Elisabetha uxor Eduardi 2, regis Angliæ.

Eduardus 3, rex Angliæ.

Ioannes Gandavensis dux Lancastriæ.

Philippa uxor Ioannis 1, regis Lusitaniæ.

Continua ut in 1, p. ex pag. 14.

IV.

Ab ann. 1150.

Henricus 2, comes Andium, postea rex Angliæ.

Eleonora uxor Alphonsi 8, regis Legionis, & Castell.

Vrraca uxor Alphonsi 2, regis Lusitaniæ.

Continua ut in 1, p. ex pag. 10.

V.

Ab ann. 1262.

Carolus Franciæ, comes Andium postea rex Neapolis & Siciliæ.

Carolus 2, rex Neapolis.

Blanca uxor Iacobi 2, regis Aragoniæ.

Alphonsus 4, rex Aragon.

Petrus 4, rex Aragon.

Eleonora uxor Ioannis 1, regis Castellæ.

Ferdinandus 1, rex Aragoniæ.

Eleonora uxor Eduardi regis Lusitaniæ.

Continua ut in 1, p. ex pag. 14.

Ex Regibus
Angliæ.

I.

Ab ann. Christi, 1154.

Henricus 2, rex Angliæ.

Eleonora

Eleonora uxor Alphonsi 8, regis Legionis & Castellę.

Vrraca uxor Alphonsi 2, regis Lusitaniæ.

Continua ut in 1, p. ex pag 11.

II.

Ab ann. 1327.

Eduardus 3 rex Angliæ.

Ioannes Gandavensis dux Lancastriæ.

Philippa uxor Ioannis 1, regis Lusitaniæ.

Continua ut in 1, p. ex pag. 14.

Ex Comitibus *Angolismorum*, vulgó *Angoulesme.*

I.

Ab ann. Christi, circiter 1200.

Aymarus comes Angolismorum secundùm Reusnerum.

Elisabetha uxor prima Ioannis 1, Regis Angliæ.

Henricus 3, rex Angliæ.

Eduardus 1, rex Angl.

Eduardus 2, rex Angl.

Eduardus 3, rex Angliæ.

Ioannes dux Lancastriæ.

Philippa

Philippa uxor Ioannis 1, regis Lusitaniæ.
Continua ut in 1, p. ex pag. 14.

Ex Ducibus *Aquitaniæ.*

I.
Circa ann. Christi.

Asnarius filius Eudori Ducis Aquitaniæ (secundùm Ioannem de Marianna) dedit principium regibus Aragoniæ.

Asnarius 2.
Galindus comes Aragon.
Tudea uxor Fortunii Garciæ regis Navarræ.
Sancius Garcia rex Navar.
Ximenus Garcia rex Navar.
Inigus Arista rex Navar.
Garcia Inigues rex Navar.
Sancius Abarca rex Navar.
Garcia Sancius rex Navar.
Sancius Garcia rex Navar.
Garcia Sancius Tremulus, rex Navar.
Sancius maior rex Navar.
Ferdinandus Par Imperatoris.
Alphonsus 6, rex Legionis, & Castell.

Taresia uxor Henrici Burgund.
Alphonsus Henricus rex Lusitan.
Contitinua ut in 1, p, ex pag. 8. in fine.

II.

Ab ann. 1086.

Guillielmus 5, dux Aquitaniæ.
Eleonora, uxor secundò Henrici 2, regis Angl.
Eleonora uxor Alphonsi 8, regis Legionis & Castell.
Vrraca uxor Alphonsi 2, regis Lusitan.
Continua ut in 1, p. ex pag. 10.

Ex Comitibus, & Regibus *Aragoniæ.*

I.

Ab ann. Christi, circiter 800.

Galindus Comes Aragoniæ.
Tudea uxor Fortunii Garciæ regis Navarr.
Continua ut supra in 1, ex ducibus Aquitanię.

II.

Ab ann. circiter 880.

Vrraca filia, vel soror Ximeni Garcię Comitis Aragoniæ, uxor Garciæ Inigues regis Navarræ.

Sancius

Sancius Abarca rex Navarr.

Continua, ut in 1, ex Ducibus Aquitan.

III.

Ab ann. circiter 1060.

Laurentia, aliàs *Gille* filia Comitis de Venice, qui descendebat ex domo Aragoniæ (secundùm Claudium Paradinum in Geneal. Galliæ, titulo Comitum, & Ducum Sabaudiæ) uxor Humberti 2. Comitis 3 Mauriennæ.

Amedeus 2, comes 4, Maurien. & 1, Sabaudię.

Maphalda uxor Alphonsi Henriques regis Lusitaniæ.

Continua ut in 1, p. ex pag. 9.

IV.

Ab ann. circiter 1130.

Petronillia regina Aragon. filia regis Ramiri 2, uxor Raimondi comitis Barcionnę.

Dulcis, sive *Aldonça* uxor Sancii 1, reg. Lusitan.

Continua ut in 1, p. ex pag. 10.

V.

Ab ann. 1276.

Petrus 3, rex Aragon.

Sancta *Elisabetha* uxor Dionysii regis Lusitaniæ.

Continua ut in 1, p. ex pag. 12.

V I.

Ab ann. circiter 1270.

Iacobus 1, rex Aragoniæ.

Violanta uxor Alphonsi 10, regis Legionis & Castell.

Sancius 4, rex Castell.

Beatrix uxor Alphonsi 4, regis Lusitan.

Continua ut in 1, p. ex pag. 12.

V I I.

Ab ann. circiter 1270.

Iacobus 1, rex Aragon.

Elisabetha uxor Philippi 3, regis Galliæ.

Philippus pulcher rex Gall.

Elisabetha uxor Eduardi 2, regis Angliæ.

Eduardus 3, rex Angl.

Ioannes dux Lancastriæ.

Philippa uxor Ioannis 1, regis Lusitan.

Continua ut in 1, p. ex pag. 13.

V I I I.

Ab ann. circiter 1400.

Ferdinandus 1, rex Aragoniæ, & Siciliæ.

Eleonora uxor Eduardi regis Lusitan.

Continua ut in 1, p. ex pag. 14.

I X.

Ab ann. circiter 1380.

Petrus 4, rex Aragon.

Elisabetha uxor Iacobi comitis Vrgelii.

Elisabetha uxor Petri filii Ioannis 1, regis Lusitan.

Elisabetha uxor Alphonsi 5, regis Lusitan.

Ioannes 2, rex Lusitan.

Ex quo Duces de Aveiro descendunt.

X.


Ab ann. circiter 1500.

Ferdinandus Catholicus rex Aragon.

Maria uxor Emanuelis regis Lusitan.

Continua ut in 1, p. ex pag. 16.

Omittimus matrimonia alia quia ex eis non superest proles.



B.

Ex Comitibus *Barcionnæ.*

I.

Ab ann. Christi, 1082.

R*Aimundus* 4, comes Barcionnæ.

Berengela uxor Alphonsi 7, regis Legionis.

Ferdinandus 2, rex Legionis.

Alphonsus 9, rex Legionis.

Ferdinandus 3, rex Legionis, & Castellæ.

Alphonsus 10, rex Legionis, & Castellæ.

Beatrix uxor Alphonsi 3, regis Lusitan.

Continua ut in 1, p. ex pag. 11.

II.

Ab ann. 1131.

Raimundus 5, comes Barcionnę, & per uxorem Petronilliam rex Aragon.

Dulcis, sive Aldonça uxor Sancii 1, regis Lusitan.

Continua ut in 1, p. ex pag. 10.

Ex Ducibus *Bavariæ*.

I.

Ab ann. Christi, circiter 1330.

E*lisabetha* filia Ducis Bavariæ (cujus nomen non invenio in genealogiis Bavariæ) fuit uxor Petri regis Siciliæ, secundùm Ioannem de Mariana.

E*leonora* uxor 3 Petri 4, regis Aragon.

E*leonora* uxor Ioannis 1, regis Castell.

Ferdinandus 1, rex Aragon.

Eleonora

Eleonora uxor Eduardi regis Lusitan.
Continua ut in 1, p. ex pag. 14.

Ex Comitibus
Blosii, vulgò *Blais*.

I.

Ab ann. Christi, 920.

Gerlon comes 1 Blessensis.
N. ejus filia uxor Fuquesii 1, comitis Anjou.
Blanca uxor Guillielmi comitis Arles.
Constantia uxor Roberti pii regis Gall.
Continua, ut in 1, p. ex pag 7.

Ex Regibus
Bohemiæ.

I.

Ab ann. Christi, circiter 760.

Zechius princeps Izitzchorum, fundator regni Bohemiæ.
Suaterna, sive *Suatena* uxor Wittikindi Magni.
Continua ut in 1, p. ex pag. 5.

Ex

Ex Ducibus *Brabantiæ.*

I.

Ab ann. Chriſti, circiter 760.

Pipinus Puſillus Dux Brabantiæ, rex Galliæ.

Carolus Magnus Imperator *R*om. rex Gall.

Ludovicus boni aeris Imper. *R*om. rex Gall.

Carolus Calvus Imp. *R*om. rex Gall.

Iudith uxor ſecundò Balduini brachii ferrei comitis Flandriæ.

Balduinus 2, comes Flandr.

Arnulphus Magnus comes Flandr.

Balduinus 3, comes Flandr.

Arnulphus 2, comes Flandr.

Balduinus 4, comes Flandr.

Balduinus 5, comes Flandr.

Matildis uxor Guillielmi Conqueſtoris regis Angliæ.

Adelheide uxor Eſtephani comitis Campaniæ.

Theobaldus 1, comes Campaniæ.

Henricus Largus comes Campan.

Theobaldus 2, comes Campan.

Henricus rex Navarræ.

Ioanna uxor Philippi pulchri regis Galliæ.

Eliſabetha

Elisabetha uxor Eduardi 2, regis Angliæ.
Eduardus 3, rex Angl.
Ioannes Dux Lancastriæ.
Philippa uxor *Ioannis* 1, regis Lusitan.
Continua ut in 1, p. ex pag 13.

Ex Comitibus, & Ducibus *Bretaniæ.*

I.

Ab ann. Christi, circiter 980.

Godofredus comes Bretaniæ.

Iudith (ejus filia, alii dicunt sororem) uxor Ricardi 2, Ducis Normandiæ.

Alisa uxor Rainaldi 1, comitis Burgundiæ.

Ioanna uxor Amedei 1, comitis Mauriennæ.

Humbertus 2, comes Mauriennæ.

Amedeus 2, comes Mauriennæ, & Sabaudiæ.

Maphalda uxor Alphonsi Henriques regis Lusitaniæ.

Continua ut in 1, p. ex pag. 9.

Ex Regibus, & Comitibus *Burgundiæ*.

I.

Ab ann. Christi, circiter 940.

Rodulphus 3, rex Burgundiæ; in divorum album relatus dicitur.

Adelheida uxor secundò Othonis 1, Ducis Saxoniæ, Imperatoris Roman.

Otho 2, Imper. Roman.

Hugo.

Berous, sive *Beralius* (secundùm Paradinum.)

Humbertus 1, comes Mauriennæ.

Amadeus 1, comes Maurienne.

Humbertus 2, comes Maurien.

Amedeus 2, comes 4 Maurien. & 1 Sabaud.

Maphalda uxor Alphonsi Henriques regis Lusitaniæ.

Continua ut in 1, p. ex pag. 9.

II.

Ab ann. 1031.

Rainaldus 1, comes Burgundiæ.

Ioanna, sive *Adelis* uxor Amedei 1, comitis Mauriennæ.

Humbertus 2, comes Maurien.

Amedeus

Amedeus 2, comes 4 Maur. & 1 Sabaud.

Maphalda uxor Alphonsi Henriques regis Lusitan.

Continua ut in 1, p. ex pag 9.

III.

Ab ann. circiter 1100.

Estephanus 1, comes Burgund.

Beatrix uxor tertia Humberti 3, comitis 2 Sabaud.

Thomas comes 3 Sabaud.

Beatrix uxor Raimundi Berengarii comitis Provencæ.

Margarita uxor S. Ludovicis regis Galliæ.

Philippus 3, rex Gall.

Philippus pulcher rex Gall.

Elisabetha uxor Eduardi 2, regis Angl.

Eduardus 3, rex Angl.

Ioannes Dux Lancastriæ.

Philippa uxor Ioannis 1, regis Lusitan.

Continua ut in 1 p. ex pag. 14.

Ex Ducibus *Burgundiæ.*

I.

Ab ann. Christi, 1030.

Robertus 2, Dux Burgundiæ.

Continua ut in 1, p. ex pag. 7.



C.

Ex Comitibus *Campaniæ.*

I.

Ab ann. Christi, circiter 980.

Hugo, Odonius, sive *Eudes* comes primus Campaniæ.

Adelheide (secundùm meliorem opinionem) ejus filia, uxor Hugonis Capeti regis Gall.

Robertus pius rex Gall.

Continua ut in 1, p. ex pag. 7.

II.

Ab ann. Christi, circiter 1150.

Theobaldus 1, comes Campaniæ.

Alisa

Alisa uxor Ludovici 7, regis Galliæ.
Philippus Augustus rex Gall.
Ludovicus 8, rex Gall.
S. *Ludovicus* 9, rex Gall.
Philippus 3, rex Gall.
Philippus pulcher rex Gall.
Continua ut supra in 3, ex comitibus Burgundiæ.

III.

Ab ann. circiter 1200.

Theobaldus 2, comes Campaniæ.
Henricus rex Navarr.
Ioanna uxor Philippi pulchri regis Gall.
Elisabetha uxor Eduardi 2, regis Angl.
Continua ut supra in 3, ex comitibus Burgundię.

Ex Regibus *Castellæ.*

I.

Ab ann. Christi, 1090.

Alphonsus 1, hujus nominis rex Castell. & 6 Legionis.
Taresia uxor Henrici.

Alphonſus Henricus rex Luſitan.
Continua ut in 1, p. ex pag 9.

II.

Ab ann. circiter 1130.

Alphonſus 7, rex Caſtellæ, & Legionis.
Sancia uxor Alphonſi 2, regis Aragon.
Petrus 2, rex Aragon.
Iacobus, ſive *Iaymes* 1, rex Aragon.
Petrus 3, rex Aragon.
S. *Eliſabetha* uxor Dionyſii regis Luſitan.
Continua ut in 1, p. ex pag 12.

III.

Ab eodem tempore.

Alphonſus 7, rex Caſtellæ, & Legionis.
Sancia uxor Sancii 7, regis Navarr.
Blanca uxor Theobaldi 2, comitis Campanię.
Henricus rex Navarr.
Ioanna uxor Philippi pulchri regis Gall.
Eliſabetha uxor Eduardi 2, regis Angliæ.
Eduardus 3, rex Angl.
Joannes Dux Lancaſtriæ.
Philippa uxor Ioannis 1, regis Luſitan.
Continua ut in 1, p. ex pag. 14.

IV.

Ab ann. circiter 1160.

Alphonsus 3, rex Castell. & 8 Legionis.
Vrraca uxor Alphonsi 2, regis Lusitan.
Continua ut in 1, p. ex pag. 11.

V.

Ab ann. circiter 1200.

Alphonsus 8, rex Castell. & Legionis.
Blanca uxor Ludovici 8, regis Galliæ.
S. *Ludovicus* 9, rex Gall.
Philippus 3, rex Gall.
Philippus pulcher rex Gall.
Elisabetha uxor Eduardi 2, regis Angl.
Continua ut hic in 3.

VI.

Ab ann. circiter 1250.

Alphonsus 10, rex Castell. & *Legionis*.
Beatrix uxor Alponsi 3, regis *Lusitan*.
Continua ut in 1, p. ex pag. 10.

VII.

Ab ann. circiter 1280.

Sancius 4, rex Castellæ.
Beatrix uxor Alphonsi 4, regis Lusitan.
Continua ut in 1, p. ex pag. 12.

VIII.

Ab ann. circiter 1390.


Ioannes I, rex Castellæ.
Ferdinandus I, rex Aragon.
Eleonora uxor Eduardi regis Lusitan.
Continua ut in I, p. ex pag. 14.

IX.

Ab ann. circiter 1500.

Elisabetha, ac Ferdinandus reges Catholici Castellæ, & Aragon.
Maria uxor Emanuelis regis Lusitan.
Continua, ut in I, p. ex pag. 16.

Omittimus matrimonia ex quibus non supersunt liberi.



D.

Ex Principibus, & Regibus *Daniæ*.

I.

Ab ann. Christi, circiter 400.

ROrichus Princeps inter Danos secundus à rege; secundùm Reusnerum in stirpe regum Scotiæ in principio.

Rocha

Rocha uxor Erthi nepotis Fincormarchi regis Scotiæ.

Fergusius 2, rex Scotiæ.

Dongardus rex Scot.

Goranus, sive *Conranus* rex Scot.

Aidanus à S. Columba rex Scot.

Eugenius rex Scot.

Donaldus rex Scot.

Dongardus Infans Scot.

Eugenius 6, rex Scot.

Eugenius 7, rex Scot.

Etlifinus rex Scot.

Achaius rex Scot.

Alpinus rex Scot.

Kennethus Magnus rex Scot.

Constantinus 2, rex Scot.

Donaldus rex Scot.

Malcolmus, sive *Milcolumbus* rex Scot.

Kennethus 3, rex Scot.

Malcolmus, sive *Milcolumbus*, rex Scot.

Beatrix uxor Athani Præfecti Thanorum.

Duncanus rex Scot.

Malcolmus Cammorus rex Scot.

Matildis uxor Henrici 1, regis Angliæ.

Matildis uxor Gotofredi 5, comitis Anjou.

Henricus 2, rex Angliæ.

Eleonora uxor Alphonſi 8, regis Legionis, & Caſtellæ.

Vrraca uxor Aphonſi 2, regis Luſitan.

Continua ut in 1, p. ex pag. 10.

I I.

Ab ann. circiter 800.

Sifridus, ſive *Gotricus* rex Daniæ.

Gava uxor Witikindi Magni Ducis Saxoniæ.

Wigbertus Dux Saxon.

Brunus Dux Saxon.

Ludolphus Dux Saxon.

Otho Dux Saxon.

Henricus 1, Dux Saxon. Imperator Rom.

N. ejus filia uxor Eblis 1, Ducis Aquitaniæ.

Ebles 2, Dux Aquitan.

Guillielmus 2, dux Aquit.

Guillielmus 3, dux Aquit.

Guido 1, dux Aquit.

Guillielmus 4, dux Aquit.

Guillielmus 5, dux Aquit.

Eleonora duciſa Aquitaniæ, uxor Henrici 2, regis Angliæ.

Eleonora uxor Alphonſi 8, regis Legionis & Caſtellæ.

Vrraca uxor Alphonsi 2, regis Lusitaniæ.

Alphonsus 3, rex Lusitan.

Continua ut in 1, p. ex pag. 11.

III.

Ab ann. circiter 900.

Haraldus rex Daniæ.

Alda, sive *Aldelheides* uxor Sigisberti 2; sive Aldibertatis Marchionis Estensis.

Hugo 4, Marchio Estens.

Azo 4, Marchio Estens.

Azo 6, Marchio Estens.

Fulcus 2, Marchio Estens.

Fulcus 3, Marchio Estens.

Obizo 5, Marchio Estens.

Azo 12, Marchio Estens.

Aldobrandinus 2, Marchio Estens.

Beatrix uxor Andreæ 2, regis Hungariæ.

Violanta uxor Iacobi 1, regis Aragoniæ.

Petrus 3, rex Aragon.

S. *Elisabetha* uxor Dionysii regis Lusitaniæ.

Alphonsus 4, rex Lusitan.

Continua ut in 1, p. ex pag. 12.

IV.

Ab ann. circiter 910.

Rholon, sive *Rou* Princeps Danorum, qui

post baptisma vocatus est *Robertus* 1, Dux Normandiæ.

Guillielmus Longus Ensis dux Normand.

Ricardus sine pavore dux Normand.

Ricardus 2, dux Normand.

Alis uxor Rainaldi comitis Burgundiæ.

Ioanna, sive *Adelis* uxor Amedei 1, comitis Mauriennæ.

Humbertus 2, comes Maurien.

Amedeus 2, comes Maurien. & *S*abaudiæ.

Maphalda uxor Alphonsi Henriq. regis Lusit.

Sancius 1, rex Lusitan.

Continua ut in 1, p. ex pag. 10.

V.

Ab ann. circiter 920.

Gerlon Princeps Daniæ, 1 comes Blessensis.

N. ejus filia uxor secundò Fuquesii 1, comitis Anjou.

Blanca uxor Guillielmi comitis Arles.

Constantia uxor Roberti Pii regis Galliæ.

Robertus 2, Dux Burgundiæ.

Continua ut in 1 p. ex pag. 7.

VI.

Ab ann. circiter 980.

Suenotonus rex Daniæ.

Estritha (secundùm Reusnerum) vel *Pavie* (secundùm Paradinum) uxor Ricardi 2, Ducis Normandiæ.

Robertus Liberalis Dux Normadiæ.

Guillielmus Conquæstor dux Normand. rex Angliæ.

Henricus 1, rex Angliæ.

Matildis uxor 2 Gotofredis comitis Anjou.

Henricus 2, rex Angliæ.

Eleonora uxor Alphonsi 8, regis Legionis, & Castellę.

Urraca uxor Alphonsi 2, regis Lusitaniæ.

Alphonsus 3, rex Lusitanię.

Continua ut in 1, p. ex pag. 11.

VII.

Ab ann. circiter 1030.

Canutus Magnus rex Daniæ.

Agatha uxor principis Eduardi filii Edmundi 2, regis Angliæ.

Margarita uxor Malcolmi 3, regis Scotiæ.

Matildis uxor Henrici 1, regis Angliæ.

Matildis uxor 2 Gotofredi 5, comitis Anjou.

Continua ut in proximâ pręcedenti.

E.

Fx Marchionibus de *Este*.

I.

Ab ann. Christi, circiter 1220.

A*Ldubrandinus* 2, Marchio Estensis, Anconę, Veronæ, & Ferraræ.

Beatrix uxor Andreæ 2, regis Hungariæ.

Violanta uxor 2 Iacobi 1, regis Aragon.

Petrus 3, rex Aragon.

S. Elisabetha uxor Dionysii regis Lusitan.

Alphonsus 4, rex Lusitan.

Continua ut in 1 p. ex pag. 12.

F.

Ex Marchionibus *Ferraræ*.

I.

Ab ann. Christi, circiter 1220.

A*Ldobrandinus* 2, Marchio Este, Ferraræ, &c.

Continua ut in lit. E, ex March. de *Este*.

Ex Comitibus *Flandriæ.*

I.

Ab ann. Christi, circiter 1060.

Balduinus 5, comes Flandriæ.

Matildis uxor *Guillielmi* Conquæstoris regis Angliç.

Adelheide uxor Estephani comitis Campaniç & Blais.

Theobaldus 1, comes Campan.

Henricus Largus comes Camp.

Theobaldus 2, comes Campan.

Henricus rex Navarræ.

Ioanna uxor Philippi pulchri regis Gall.

Elisabetha uxor Eduardi 2, regis Angl.

Eduardus 3, rex Angl.

Ioannes dux Lancastriæ.

Philippa uxor Ioannis 1, regis Lusitan.

Eduardus rex Lusitan.

Continua ut in 1, p. ex pag. 14.

II.

Ab ann. circiter 1200.

Margarita comitissa Flandriæ uxor Balduini comitis Henau.

Elisabetha

Eliſabetha uxor Philippi Auguſti regis Galliæ.
Ludovicus 8, rex Gall.
S. *Ludovicus* 9, rex Gall.
Philippus 3, rex Gall.
Philippus pulcher rex Gall.
Eliſabetha uxor Eduardi 2, regis Angliæ.
Continua ut in proximâ præcedenti.

